






9914,10  
OBSERVATIONES IVRIS CONTROVERSI



1772  
1  
Q V A S

EX INDVLGENTIA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE

SINE PRAESIDE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO  
CONSEQVENDIS IN VTROQVE IVRE  
SVMMIS HONORIBVS

DIE XXVI. APRILIS A. R. S. MDCCLXXXII.

H. L. Q. C.

DEFENSVRVS EST

CAROLVS GVILIELMVS EHRENFRIED  
EBELT

I. V. CANDID. ET ADVOCAT. DRESDENS.



VITEMBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHIL

OSBKVATONIS IVRIS CONTROVRSI

QVAE

EX INDVAGENTA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS

SAXONIAE

SINE PRAESIDE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO

CONSOVENDIS IN VTROVQVE IVRE

SVMMIS HONORIBVS

DIE XXVI JANVARIIS A. M. E. MDCCCLXXIII

M. L. D. C.

D. L. E. N. V. S. S. T.

CAROLVS GALLIVS KIRCHNER

FR. H. L. T.

I. V. CANDID. ET ADVOCAT. DRESDENS.

VITTMERDAR

LITERIS TYPISVEBENSIBVS

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

CHRISTIANO GOTTHELF

S. R. I. LIBERO BARONI

A GVTSCHMID

DOMINO ET DYNASTAE IN KLEIN-WOLMSDORF, SERENISSIMI  
PRINCIPI ELECTORIS SAXONIAE ADMINISTRO INTIMO STA-  
TVS ET SANCTIORIS ADMISSIONIS SYMMO COMITI  
CONSISTORIANO

R E L.

ILLUSTRATIONES ATQUE EXCERPTISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO GOTTHELF

S. P. I. LIBERO BARONI

A. GATSCMID

DOMINO ET DYNASTAE IN KLEIN-WOLMENDORF, SERENISSIMI

PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE ADMINISTRATO INTIMO STA-

TUS ET SANCTISSIMO ADMIRALIS SUEVICI COMITI

CONSTITUTANO

R. E. L.



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO LVDOVICO

W V R M B

DOMINO ET DYNASTAE IN GROSSEN - FVRRÄ, SERENISSIMI  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS  
ADMISSIONIS ADMINISTRO ET COMITI CONSISTORIANO,  
COLLEGII REGVNDIS REBVÖ OECONOMIAE ET COMMER-  
CIORVM PRAESIDI ORDINIS IMPERIALIS IOSEPHI  
EQVITI COMMENDATORI BVRGMANNO  
FRIEDBERGAE

R E L.

ILLVSTRISSIMO acqve EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO LAVDOVICO

W V R M B

DOMINO ET DIGNISSIMO IN DOMINIO - IMPERII, SERENISSIMO  
HENRICO RECTORIS Saxoniae Intimae et Electoris  
Administrationis Administrato et Comitii Consistoriano,  
COLLEGII REGALIS LIBERIS REGIUM ET COMITUM  
CIVITATIS PRAGAE ORDINIS IMPERIALIS JOSEPHI  
LOCI COMENDATORII BARONIS

FRIDERICE

1771





ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

ADOLPHO HENRICO

S. R. I. COMITI

DE SCHOENBERG

DOMINO ET DYNASTAE IN MVTSCHEN, CANNEWITZ ETC.  
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET SANCTIORIS  
ADMISSIONIS ADMINISTRO ET COMITI CONSISTORIANO,  
COMMISSIONIS REGVNDIS REBVS, ORPHANOTROPHEO-  
RVM, PTOCHODOCHIORVM ET ERGASTVLORVM  
DIRECTORI

REL.

ILLUSTRATION

ILLUSTRATION ATQUE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

ADOLPHO HENRICO

S. N. I. COMITI

DE SCHOENBERG

DOMINO ET DYNASTAE IN MYSCHEN, CANNIBITZ ET  
ERUCHEUS ELECTORIS SAKONIAE INTRINSE ET SAKONIAE  
ADMISSORIS ADMINISTRATO ET COMITI CONSISTORIANO  
COMMISSIONIS REGVARDIS FERVAE, ORPHANOBOURGO  
KAM, PTECHODUCHORVM ET DECASTAVORVM  
DIRECTORI

ILL.



ILLVSTRISSIMO  
EXCELLENTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO

S. R. I. COMITI

OTTONI FERDINANDO  
DE LOEBEN

DOMINO ET DYNASTAE IN OBER-GERLACHSHEIM, NIEDERRV-  
DELSDORF ETC. SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE  
INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINISTRO ET CO-  
MITI CONSISTORIANO, COMMISSIONIS REGVNDIS CALAMI-  
TATIBVS AB INCENDIO INFLECTIS DIRECTORI, ORDINIS  
IOHANNI MELITENSIS EQVITI, NEC NON EIVSDEM  
COMMENDATORI DESIGNATO

REL.

ILLUSTRATION  
EXCELLENTISSIMO A. S. R. L. COMITI  
OTTONI FERDINANDO  
DE LOEBEN  
COMMISSARIUM IRRADIATO  
REI



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

S. R. I. COMITI

GEORGIO REINHARDO  
DE WALLWITZ

DOMINO ET DYNASTAE IN SCHWEICKERSHAYN, SCHMORRA,  
WISA CET. SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE IN-  
TIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS MINISTRO COMITIQVE  
CONSISTORIANO SVMMI SENATVS QVI REBVS FISCALI-  
BVS PRAEEST PRAESIDI ORDINIS PALATINI  
LEONIS EQVITI

R E L.

ILLUSTRATIONES ATQUE EXCELLENTISSIMO

S. H. I. COMITI

GEORGIO REINHARDO  
DE WALLWITZ

DOMINO ET DYNASTAE IN SCHWIBICKERSHAUSEN, SCHNORRA,  
WISA ETZ. SREINISCHEN PRINCIPIS ELECTORIS SACCONIAE IN  
TIMAE ET SANCTORIS ADMISSIONIS MINISTRO COMITIS  
COMITIS ORIANO 27 MII SENATUS QUI REBUS ISCAR.

HIC PRAEEST PRÆSIDII ORDINIS PALATINI

LEONIS KOVATI

R. R. L.



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO GOTTLOBIO  
A BERLEPSCH

DOMINO ET DYNASTAE IN HENNIGSLEBEN, LEISLAV ETC.  
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE INTIMAE ET  
SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINISTRO ET COMITI CONSI-  
STORIANO, DEPVATIONIS SVMMAE RATIONARIAE  
DIRECTORI

R E L.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO GOTTLOBIO  
A BERLIPSO

DOMINO ET PRINCIPALI IN MEMBERSHIP, LIBRARIA ET  
SOCIETATE PRINCIPALIS IN SOCIETATE SAVONIAE LIBRARIAE  
SOCIETATE ADMONITIONE ADMONITIONE ET CONITI CONE  
STORIANO DEPT. SOCIETATE SAVONIAE RATIONARIAE

DIRECTOR

REL.





EXCELLENTISSIMO

EXCELLENTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO

S. R. I. COMITI

**GEORGIO GVILIELMO  
DE HOPFGARTEN**

DOMINO ET DYNASTAE IN MVLVERSTEDT, MECHTERSTEDT,  
BEVCHA ETC. SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE  
INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS ADMINISTRO ET CO-  
MITI CONSISTORIANO CAPITVLI MISNENSIS SENIORI PRAE-  
POSITO BVDISSAE, NEC NON CANTORI COLLEGII  
CATHEDRALIS NVMBVRGENSIS

REL.

HOC

QVALECVNQVE SPECIMEN ACADEMICVM

EXCELLENTISSIMO ATQVE REVERENDISSIMO

IN

S. R. I. COMITI

SVMMAE REVERENTIAE

GEORGIO GUILIELMO

AC

DE HOPFGARTEN


DEVOTIONIS TESTIMONIUM

SACRATVM

VULT

DEVOTISSIMVS ATQVE HVMIILIMVS

CAROLVS GVILIELMVS EHRENFRIED EBELT.



OBSERV. I.

*Ius percipiendi mercedem ex re locata immobili cessum, orto concursu creditorum ratione bonorum cedentis, iure Saxonico expirat, non autem iure communi.*

**T**ranstulerat ante aliquot annos quidam per modum cessionis ius mercedem e domo sua a tertio conducta, percipiendi in aliquem, cui pecuniae summam debebat, ea intentione, ut exinde solutionem recuperaret. Haec omnia bona fide acta erant, nec tempore cessionis factae, cedens aliis debitis erat obaeratus, sed potius pluribus diuitiis, quae partim in rebus mobilibus partim in immobilibus consistebant, gaudebat. Interiecto aliquot, post factam cessionem tempore, cedens aes alienum confluxit, et ratione suorum bonorum creditorum concursus ortus est. Quo facto, lis magna agitabatur, utrum illa cessio mercedis concursu creditorum premita sit, nec ne? Si hanc quaestionem paulo accuratius ponderemus, alia ex iure communi,  
A alia

alia ex iure Saxonico petenda est decisio. Et quidem, quod ad ius commune attinet VIPIANVS in *L. 8. §. 1. D. de reb. auct. iud. poss.* ita differit: *Si quis fructus ex praedii debitoris capi poterit, hunc creditor, qui in possessionem praedii missus est, vendere vel locare debet. Sed hoc ita demum, si ante neque uenerit, neque locatus erit; nam si iam a debitore vel locatus erat vel uenerat, seruabit praetor uenditionem et locationem a debitore factam, et si minoris distractum est, vel locatum: nisi, si in fraudem creditorum hoc fiat, tunc enim praetor arbitrium dat creditoribus, ut ex integro locationem vel uenditionem faciant.* Neque huic dispositioni obstat *L. 9. C. de locat. et cond.* quippe quae de successore singulari, scilicet emtore intelligenda, cui maius ius competit, ac illi, qui in bona debitoris missus est, ut probe notauit GODOFREDVS ad *L. c.* Cum igitur creditores locationem ante ortum concursum bona fide factam ratihabere, et seruare teneantur, et debitorem repraesentent, sequitur, ut quoque cessionem mercedis alii bona fide ad tempus factam approbare debeant. Nam non est dubium, quin creditores locationi stare debeant ratione vel temporis solutionis, vel modi solvendi mercedem, vel si minoris locatum, ut VIPIANVS dicit in *L. 9. D. de rebus auct. iud. poss.* cum teste HOMMELIO *Rhopf. iur. observ. 193.* cessio sit referenda ad modos dominium adquirendi uniuersales. Et licet, quae ad huc disputauimus, cum iure communi amicissime conspiciantur, tamen iure Saxonico quaestio proposita aliter erit decidenda. Ecce nimirum uerba *O. P. R. S. Tit. 39. §. 4.:* *Inmassen dem auch, wenn ein Schuldner (est uero h. l. sermo de concursu creditorum) das Guth vorhero verpachtet gehabt, der Pächter darinne, wenn es nicht mit Bewilligung derer*

derer Creditorum geschicht, da er gleich die Pachtgelder pränumeriret, oder eine gerichtliche Hypothec erlanget hätte, gleichfalls nicht zu lassen, sondern solcher Pacht sodann vorerlösen zu achten, und der Pächter wegen seiner Forderungen zum Concurs zu verweisen. Ex hac functione luculenter apparet, post ortum concursum creditorum locationem a debitore, licet bona fide facta, expirare, ergo, vt facta cessio mercedis quoque perimatur, necesse est. Resoluitur enim ius accipientis, dantis iure resolutio. Confer quoque *O. P. R. S. Tit. 44. §. 2.*

## OBSERV. 2.

*Potest etiam spes cedi.*

Quommodo forsitan, inquis, possimus res alteri cedere, quae non existunt, et quas non habemus? Nec emtio nec venditio sine re, quae veneat potest intelligi, quae sunt verba POMPONII in *L. 8. pr. D. de contr. emt.* Sed discimus ex *L. cit. §. 2.* etiam spem emi posse, veluti captus piscium, vel auium, vel missilium, conf. quoque *L. n. §. ult. D. de aff. emt.* Referunt etiam ad emtionem spei Lotteriam, HOMMEL. *Rhaps. iur. Obs. 421.* Quis vero vetat, vt is, qui captum piscium, vel auium, vel missilium emit, mihi actionem emti, ipsi ex emtione spei competentem, iterum vendat, vel cedat? Cessio enim et venditio tantum vt titulus et modus inter se differunt. vid. LEYSER in *medit. ad D. spec. 190. m. 2.*

*Cœcus executivè agere et conveniri potest.*

Scripterat aliquando debitor chirographum super mutuo accepto, ante terminum solutionis vero visu priuabatur, et creditor, hoc non obstante, cum tempore elapso debitor mutuo datam pecuniam non restitueret, contra eum processum executivum mouebat. Poteritne aduersus eum executivè agi, quaesiveris. Sane ego existimauerim. At, dicat quis cum processus executivus, quo præsertim in Saxonia vtimur, supponat documenta, ex quibus ea capita libelli, quae sententiam condemnatoriam operantur, in continenti sunt liquida, quommodo cœcus ad horum recognitionem citari poterit? Et quis documentum sine oculis recognoscat? Ego respondeo, posse recognitionem per mandatarium fieri, cum cœcus mandare non prohibeatur, vti etiam iudicantur Icti Lipsienses apud MENCCK. in *Syst. D. Lib. 27. Tit. 10. §. 8.* Sed quid, si ad diffessionem iuratum se offerat cœcus. Tunc processum executivum evanescere, certo certius est. Nam si ius commune spectes, iam statuunt interpretes iusiurandum diffessionis per procuratorem præstari non posse STRYCK. in *Cautel. Iurament. Part. 3. Sect. 3. Cap. 5. n. 50 sqq.*, quia, vt STRYCKII verbis *l. c. n. 7.* utar, *iurata diffessio est negatio producti documenti, tam quoad formam externam eius, quae scripturam ipsam, item subscriptionem et sigillum appositum concernit, quam quoad formam internam, quam contenta instrumenti absoluunt, mediante iuramento ab eo, contra quem productum fuit, facta; seu breuius, diffiteri est: negare instrumentum esse tale, pro quo ab aduersario venditur.* STRYCK. *l. c.*

*L. c.* Quod porro ad Saxoniam attinet, regulariter nullius iurisiurandi praestatio ne per procuratorem quidem fieri potest, qui mandato speciali gaudet. *O. P. S. V. Tit. 18. §. ult.* CARPZOV. *Proc. art. 3. Lib. 3. §. 3. n. 58.* Sed putabis forte, coecum prorsus iurare non posse; quam ob rationem etiam NAEVIVS in *iv. de iurament.* *Secl. 3. Cap. 12. §. 5.* illi potestatem iusiurandum deferendi, denegavit, existimans, ipsi *arg. L. 2. D. de curat. furios.* curatorem esse constituendum, qui, ut in minoribus, volens ad iurisiurandi praestacionem admittitur, adeoque ea, quae adhuc differuimus, esse inania. Quilibet vero facile intelliget, hanc sententiam idonea haud niti ratione; sed aientem esse veriore, partim, quia coeco nullibi potestas iurandi denegatur, partim, quoniam coeco invito non indistincte curator dari potest, quod observavit STRYCK. *de iure sensuum Diss. 2. cap. 2. n. 19.* qui simul exempla refert, ubi coecis dignitas Doctoris fuit collata. Et hos iurciurando obstringi, non indiget probatione. Sed iam in viam redeamus. Iam dicent, cum coecus per procuratorem documentum diffiteri nequeat atque falsum in dubio non praesumendum, coecus noster debet condemnari; cui enim recognitio documenti per sententiam sub poena recogniti iniungitur, vel qui sub poena recogniti citatus et documenta nec recognoscit, nec diffitetur, eum condemnari oportet. *App. O. P. S. R. §. 2.* At enimvero vix crediderim. Supponit nimirum *O. P. S. R. l. c.* personas habiles, qui oculis gaudent, et requirit, ut productus formam documenti externam possit diiudicare, quod discimus ex formula iurisiurandi diffessionis in *O. P. R. S. Tit. 25. §. 4.* praescripta, eamque ob causam ille textus ad coecos non pertinet. Fac

porro documentum producentis esse falsum, velisne eum, qui oculis gaudet, praestito iureiurando absolueret, et eum, qui visu priuatus est, condemnare? Certe hoc nec ius nec aequitas patitur, et coecis nihil esse miserius iudicat LEO in *Nov. 92*. Si verum dicere velimus, actor sibi imputer, quod ordinarium processum non elegerit, quo recognitio per testes et iurisiurandi delatio locum sibi vindicat. Nam si quis commodo iuris remedio non utatur, in culpa est, et ipse damnum ferat, quod sua culpa passus. Est denique actoris perpendere, vtrum actio vel genus processus ratione qualitatis personae, aduersus reum, locum habeat, et, an finem, quem intendit, possit obtinere, nec ne? Quis enim contra pictorem agat, vt hominis faciem delineet, quam delineare promisit, si interea manibus priuatus fuerit. Caeterum coecum actoris vice in processu executiuo fungi posse et documenta per procuratorem producere, haud prohiberi, olim iam iudicarunt Scabini Lipsiens. apud RIVIN. *Tit. 8. En. 8.*

## OBSERV. 4.

*Conductor picturam, quam parietibus rei conductae impressit, frustra conductione delere nequit, licet locator pretium picturae soluere detrectet.*

Quod tibi non nocet, mihi vero prodest, ad id potes compelli, est decantata regula, quam eliciunt DD. ex *L. 2. D. de aqua et aquae pluuiarum*, et eam plerumque de faciendo explicare solent. Vtrum vero haec regula



regula ita possit formari: quod tibi non nocet, sed mihi prodest, id debes omittere, omnes fere silent. Si rationem legis spectes, quae haec est, ut damnum nec committendo nec omitiendo detur, sed ut absque detrimento tuo utilitas mea promoueatur, illam regulam de facto, ut loquantur, omisso explicabis. Atque, ut, quae sentio, clarius elucescant, rem exemplo illustrabo. Conduxerat pictor hypocauftum idque picturis, parietibus impressis, ornauerat. Post finitam locationem pictor a locatore pretium laboris sui poscebat, praesertim cum picturae incolumes existerent. Locator putans, illum picturas tollere non posse furdas aures pictori postulanti praebebat. Pictor ita commotus picturas debebat, et hypocauftum tradebat inducto colore, quo a locatore acceptum tulerat. Recte fecit iuris imperiti dicent, cur pretium colorum et laboris pictor locatori donet, et rem ornatiorem relinquat? Addunt fortasse praeterea has picturas ad impensas voluptuarias referri easque tolli posse, si saluo fundo tolli queant. At, audias, quae so, *Celsum*, qui hac de re in *L. 38. D. de R. V.* ita philosophatur: — *Constituimus vero, ut, si paratus est dominus tantum dare, quantum habiturus est possessor, his rebus ablati, fiat ei potestas: (scilicet tollendi,) neque malitiis indulgendum est: si tectorium, quod induxeris, picturasque corradere velis, nihil laturus, nisi, ut officias.* Hinc collige veritatem regulae, quam supra formauimus, nos scilicet oportere omittere, quae nobis non nocent, et alteri profunt. Porro cum emtor rei, qui se dominum credidit, in re euideta picturas corradere nequeat, multo minus hoc conductori licebit, quippe qui sciens in rem alienam picturas collocauit. Accedit dispositio

L. 9.

L. 9. D. de impensis in res dotal. vbi VLPPIANVS hæc: Pro voluptuariis impensis, nisi parata sit mulier pari maritum tollentem, exactionem patitur: nam si vult habere mulier, redde-  
dere ea, quae impensa sunt, debet marito: aut, si non vult, pari debet tollentem si modo recipiant separationem. Caeterum, si non recipiant relinquendae sunt: ita enim permittendum est marito auferre ornatum, quem posuit, si futurum est eius, quod abstulit. Quid autem proffit conductori pictura deleta? Sane iniquum foret, locatorem cogere, vt picturas soluat, quibus conductor rem conductam forte eo inscio et inuito exornauit. Fingas denique quæso, pictorem conduxisse domum, et huic tot picturas impressisse, vt pretium picturarum, pretium ipsius domus excedat, velisne locatorem, vel dominum condemnare, vt pictori pretium artis suae soluat, et fortassis domum vendat. Hoc nec sana ratio nec ius constitutum permittit. L. 38. D. de R. V. L. 8. D. de impens. in res dotalit. fact. Tandem, quatenus pictura impensis vtilibus equiparari possit, et quando interdum locator picturas soluere reneatur, arbitrio iudicis relictum est. L. 29. D. de R. V. L. 10. D. de impensis in res dotalit. fact.

## OBSERV. 5.

Aktor in Saxonia interdum post sententiam latam interlocutoriam super quibusdam capitibus libelli reo iusiurandum deferre non prohibetur.

Iure communi actorem reo iusiurandum deferre posse, vsque ad sententiam, imo etiam post sententiam si actor vel nihil vel non satis probauerit, ex dispositione L. 2. C. de iureiurando interpretes colligunt. MENCK.

Proc.

*Proc. Tit. IX. §. 4.* Secundum *O. P. S. V. Tit. 18. §. 1.* autem actor reo iusiurandum deferre potest, donec vel ipse guarandam praestiterit, vel donec litis contestatio pure facta fuerit. Neque opus erat, ut delatio iurisiurandi in ipso libello susciperetur. v. *BERGERI E. D. F. Tit. 18. obs. 1. n. 1.* adde *Eiusdem diff. Quousque in Saxonia Electorali liceat deferre iusiurandum.* Hodie denique per *O. P. S. R. Tit. 18. §. 1.* actorem oportet statim in ipso libello super actione iurisiurandi delatione uti, quod etiam ratione replicae, si ea libello inserta fuerit, praeceptum est *O. P. S. R. l. c. §. 1. et 2.* alias iurisiurandi delatio non admittitur, nisi actor nouum exhibeat libellum, atque expensas restituat. *O. P. S. R. Tit. 5. §. 9.* At, ut opinor, tamen apud nos extant casus, ubi actor super parte libelli post sententiam interlocutoriam reo iusiurandum deferre non prohibetur. Nimirum ex sanctione *O. P. R. S. in App. §. 7.* actor, qui aduersus heredes debitoris executiue agit, ratione additionis hereditatis responsionem petere tenetur, atque si reus se hereditatem adiisse neget, actori probatio additionis per sententiam iniungenda est, suspenso processu executiuo. Nec est dubium, quin super hereditatis additione reo ab actore iusiurandum deferri possit. *GRIEBNERI Disc. ad O. P. S. R. in App. §. 7. BERGERI E. P. E. pag. 44* Sed quando, an nimirum in libello, aut etiam post sententiam interlocutoriam actori liberum sit, iurisiurandi delatione uti, in foro disceptatur. Prius affirmat *GRIEBNER. in Disc. ad O. P. S. R. pag. 544.*, quem etiam *KÜSTNER ad GRIEBNERVM l. c. secutus*, ipse ego vero ex actis iudicialibus obseruavi eiusmodi libellum ob cumulationem processus executiui cum ordinario tanquam

quam ineptum reiectum fuisse. Cum itaque hac de re  
 yfus forensis sibi non constet, rectius fecerit actor, si  
 demum post sententiam interlocutoriam reo iusiuran-  
 dum deferat, quod ipsi ob fauorem probationis integrum  
 esse debet, praesertim cum iurisiurandi delatio saltem  
 speciebus probationum subsidiariis annumeranda sit,  
 quidquid etiam existimet BERGER in *Oec. Iur. Lib. 4.  
 Tit. 25. Tb. 1. n. 1.* qui ipse fateri cogitur sententiam suam  
 a multis improbari. Accedit, per Sanctionem *O. P. S.  
 R. l. c.* iudicem oportere actori simul iniungere proba-  
 tionem, nec esse praescriptum, quo probationis genere  
 utatur, nec delationem iurisiurandi esse interdictam.  
 Neque obstat locus *O. P. S. R.* supra citatus, quippe  
 qui de processu ordinario disponit et ad hanc sanctio-  
 nem, quae admodum singularis est, applicari nequit;  
 imo, quis vetat, si cum GRIEBNERO in *Disc. ad O. P.  
 S. R. in App. §. 7.* dixeris in casu praesenti ex postfacto  
 genus processus mixtum exoriri? Postremo ex ratio-  
 nibus adductis mihi persuasum habeo, posse actorem  
 eodem modo, si ex instrumento super contractu bila-  
 terali agat quod conditionem continet, quam ex docu-  
 mento probare nequit, vel si obiiciat reus exceptio-  
 nem non secuti implementi post latam sententiam,  
 quae probationem iniungit, demum iurisiurandi dela-  
 tione uti.

OBSERV. 6.

## OBSERV. 6.

*Stuprata, quae coram iudice criminali dolose persuasione stupratoris falsum patrem infantis nominavit, non obstante hac confessione, a vero patre coram iudice civili alimenta infantis recte petit, praesertim in Saxonia.*

Solent stupratores saepissime stupratas mollibus persuasionibus ac blanditiis eo mouere, ut nomen veri stupratoris in iudiciis sileant, iisque inter priuatos parietes interdum etiam coram Notario et testibus vel per procuratorem alimenta partus futuri promittunt. Stuprata quoque his promissis fidem habet, falsum patrem coram iudice criminali nominat, imo fingit. Quo facto stuprator omnia promissa plerumque reuocat et alimenta praestare detrectat. Nimirum, aut, defloratam illam iam coram iudicio confessam esse, se cum aliis concubuisse, ipsique exceptionem congressus cum pluribus ob stare, quo casu teste LEYSERO in *Medit. ad D. spec. 322. m. 9.* alimenta non debentur, et, ut haec probet, statim prouocat ad acta iudicialia quibus confessio stupratae continetur. Quod si vero sententiam dicere fas est, vix haec fraus stupratorem, ab alimentis praestandis poterit liberare, quod ipse faceret alias dissentiens HOMMELIVS in *Rhaps. iur. Obs. 397.* Nec solitori, qui ex opinione HOMMELII l. c. infanti constituendus est, sed etiam matri, cui hoc regulariter licet, ut testatur WERNHER in *Obs. select. P. 4. Obs. 72. et P. 4. obs. 133.*, non obstante illa confessione iudiciali, ius alimenta a stupratore vero exigendi competit. Et primum quidem statim in oculos incurrit, illum stupratorem criminis

minis falsi esse auctorem, dum sola eius dolosa persuasione  
 misera stuprata falsum patrem in iudicio nominavit. Ne-  
 mo autem suae malitiae praemium habeat, disertis ver-  
 bis constituit IUSTINIANVS in *L. ult. C. de reb. credit. et*  
*iurej.* Atque, inquis, quomodo miserae illi consulamus?  
 Iam enim adest iudicialis confessio, et si ab alio stupa-  
 rata alimenta petat, nascitur exceptio congressus cum  
 pluribus eaque in continenti liquida, atque, ut cum  
 caesarum patris loquar, litis ingressum impedit. Prae-  
 terea confessionem stupri in causa criminali factam etiam  
 tunc nocere, si postea de alimentis actio instituat, ad-  
 deris cum HOMMELIO in *Rhaps. iur. obs. 217.* Ego vero  
 crediderim, si hoc falsum per testes vel per documen-  
 ta possit probari, nullum esse dubium, quin actio de  
 agnoscendo alendoque partu aduersus verum patrem  
 moueri possit. Nec mireris, me statuere illud falsi cri-  
 men testibus et documentis posse probari, quoniam ut  
 supra dixi, eiusmodi negotium per procuratores et saepe  
 coram notario et testibus peragitur atque in rei ge-  
 stae memoriam scriptura conficitur. Quid autem tunc  
 iustum sit, si stuprata actionem praecedentem cum  
 actione de alendo partu coniungat, simulque iurisiurandi  
 delatione super stupro commisso utatur, videamus. Quod  
 quidem licere puto, modo illud crimen falsi cum omni-  
 bus, quae circumstant, instar replicae libello inferatur et  
 desuper stupratori iurisiurandum deferatur. Dolosa enim  
 stupratoris persuasio illam coram iudice factam confes-  
 sionem effecit, et super dolo atque super delicto, qua-  
 tenus ex eo ciuilitur agatur, delatio iurisiurandi non  
 est prohibita. *L. 3. §. 1. L. 12 et 13. D. de iureiur. confer*  
*etiam HOMMELII Rhapsod. iur. Obs. 262.* Sic omnis fraus  
 supra-

stupratoris manifestatur et non solum poenam stupri  
 accipit, sed etiam partum a se natum alere tenetur.  
 Neque obstat matris iudicialis confessio, quia iudicis  
 interest habere spontaneam non autem dolo et illicitis  
 persuasionibus extortam confessionem, quae auctore  
 MENCKENIO in *Syst. iur. civ. Lib. 42. Tit. 2. §. 9.* in causa  
 ciuili pro re nata restitutioni in integrum locum facit.  
 Ipse etiam HOMMEL. in *Rhaps. iur. Obs. 57.* innuptae foc-  
 minae facultatem falsam patris nominationem in iudicio  
 factam reuocandi concedit si cum marito rem habuerit,  
 quia metui poenae mentita videretur. Nonne vero pa-  
 ria sint, siue stuprata metu poenae siue alterius dolo ad  
 mendacium in iudicio dicendum fuerit inducta? Vtro-  
 que casu veritatem occultauit. Quisque potro animad-  
 vertit, falsam confessionem matris, quae ratione partus  
 tanquam tertii, non nisi falsum testimonium est, ipsi  
 non posse nocere. Nouus vero scrupulus occurrit in  
*cap. 10. X. de probationibus*, vbi papa enarrat, concubinam  
 cum Tiburtino per septennium concubuisse, et nun-  
 quam prolem suscepisse, ab eo, tamen postmodum di-  
 uertens, iterum rediisse, atque filium in eius domo  
 peperisse et professam esse, Tiburtinum illius esse pa-  
 trem, qui partum etiam agnouisset et filium nominas-  
 set, tandem vero Tiburtini illum non esse prolem, con-  
 cubinam iurasse. Non habita ratione iurisiurandi prae-  
 stiti papa prolem pro filio Tiburtini declarauit addita  
 causa:

causa: Cum nimis indignum sit, ut, quod sua quisque  
 voce dilucide protestatus est, in eundem casum, pro-  
 prio valeat testimonio infirmare. Sed notatum legimus ad  
 Cap. cit. concubinam hoc iusiurandum in ciuitatis platea  
 coram multis hominibus sponte praestitisse, iusiurandum  
 vero absque delatione praestitum omni plane effectu  
 destituitur. *Arg. L. 3. pr. D. de iurej.* Porro ex facti spe-  
 cie apparet, Tiburtinum coitum esse confessum, quo  
 casu stuprator partui alimenta suppeditare tenetur, do-  
 nec alium patrem demonstrauerit. *MENCK. Syst. iur. civ. Lib. 25. Tit. 3. §. 2.* Accedit nullibi esse sancitum, ut in  
 causis alimentorum decisiones ex iure papali petamus.  
 Quod reliquum, notatu dignissimum est, in foro Saxo-  
 nico foeminae confessionem iudicalem absque curatore  
 sexus factam quoad causas ciuiles, vim non habere.  
 Consulas quaeso *MENCKENII Syst. iur. civ. Lib. 42. Tit. 2. §. 2.* adde *RIVIN. ad O. P. S. Tit. 8. en. 5. et 7.* quem ipse  
 allegat *HOMMELIVS in Rhaps. iur. Obs. 217.*



## OBSERV. 7.

*Entio chirurgi durante morbo cum aegrotis iura regulariter  
impugnari nequit.*

Non negauerim quidem interdum aegrotos, durante morbo chirurgo rem aliquam minoris vendere, eo animo, ut citius morbus curetur, eosque sanitate restituta emtionis saepissime poenitere. Iam exemplum in mentem venit. Foemina rustica, quae pedibus non valebat et agrum, durante morbo, chirurgo suo venderat, quam venditionem vero, quoniam aliqualem sentiebat laesionem in contractu inito, postea recusabat adimplere. Si huius foeminae partes sequaris fortasse praesidium quaeris in *L. 3. D. de extraord. cognit.*, ubi *VLPIANVS* haec: *si medicus, cui curandos suos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per aduersa medicamenta inferendi compulsi, ut ei possessiones suas contra fidem bonam aeger venderet: in ciuile factum praeses prouinciae coerceat, remque restitui iubeat.* Qua ex lege multi colligunt, omnem emtionem inter aegrotum et medicum factam non subsistere. Nec est dubium, quin sub appellatione medici etiam chirurgus in iure nostro veniat, quod discimus ex *L. 7. §. 8. D. ad Leg. Aquil.* Confer. quoque *PAVLI recept. sent. L. 5. Tit. 23.* Verum enim vero chirurgum primo tuetur praesumptio boni viri. Praeterea ob modicam laesionem negotia regulariter

riter non rescindi omnes norunt. Porro legem supra citatam casum prorsus singularem continere, quo ob dolum a medico adhibitum emptio fuit rescissa, quod recte monet LUDOVICI in *Doctr. D. Lib. 18. Tit. 1. §. 5.* Nec est, si dixeris in foemina illa vendente liberum defuisse consensum, quoniam aegrotus, praesertim, si morbo non admodum graui laboret, libere consentire potest. Accedit emptio venditionemque, ne ob modicam laesionem posse impugnari, si quis sciens minoris vendiderit. Consule Ill. WIESANDII *Discept. iur. Spec. 2. Discept. 1.* Caeterum si medicus in contrahenda emptio-  
ne cum aegrotto mala fide egit, iudicem posse arbitra-  
ri, non diffiteor.



ULB Halle

004 334 728


3



A  
86








9913, D

OBSERVATIONES IVRIS CONTROVERSI



1772

1

Q V A S

EX INDVLGENTIA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE

SINE PRAESIDE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRO  
CONSEQVENDIS IN VTROQVE IVRE  
SVMMIS HONORIBVS

DIE XXVI. APRILIS A. R. S. MDCCLXXXII.

H. L. Q. C.

DEFENSVRVS EST

CAROLVS GVILIELMVS EHRENFRIED  
EBELT

I. V. CANDID. ET ADVOCAT. DRESDENS.



VITEMBERGAE,  
LITERIS TZSCHIEDRICHIL